

Adres dla Prof. Barbary Skargi

Z okazji osiemdziesięciolecia Prof. Barbary Skargi odbyła się prywatna uroczystość, podczas której Prof. Juliusz Domański wygłosił po łacinie i po polsku wierszowaną laudację. Zamieszczamy obie jej wersje:

Barbarae pulcherime felicissimeque iubilanti
Iulius imo e pectore gratulatur
in praenomen ei quasi κατ' ἀντίφρασιν inditum
versiculis hisce σπουδαιογελοῖως alludens

Barbara cum dicta es, non dicta es, Barbara, recte:
Esse tibi nomen debuerat melius.
Non te barbaries, feritas non te imbuit ulla,
Namque habitant in te cultus honosque simul.
Nec te simplicitas nec rusticitas tetigerunt,
Quales barbaricis mentibus esse solent.
Vileque quod fuerit vel quod leve, iam tibi nusquam
Contingit: Musae te Geniique foveant.
Et quamvis nec Graeca colas neque sint tibi curae,
Urbs quae tradiderat grammaticique colunt,
At veterum sapientum edicta tibi, tibi semper
Cordi sunt quae illi maxima protulerint.
Nil igitur mirum, quod praesto sunt tibi tanta,
Graiorum ut σοφία mens tua praeniteat.
Namque et Parmenidis sequeris vestigia, cum tu
Quaeris et hocce 'aliud', quaeris et illud 'idem',
Et te Socraticae docuerunt tollere chartae
Quod fas iusque homini est sidere in corde odium
Totaque corde tuo veteris sentina doloris
Iam dudum exhausta est, mens tibi pura viget.
Cum nunc talia sint – et ponderis haud levis illa –
Quae Graecis debes quae Latioque simul,
'Barbara' dicentes sensu dicamus honesto,
Vt si 'Barbara' adhuc, nunc Σοφία clueas.

Barbarze tak piękny i tak szczęśliwy święcej jubileusz
Juliusz najserdeczniejsze składa gratulacje
do nadanego Jej jakby na przekór imienia
półzartem półserio aluzję wierszem czyniąc

Barbarą Cię nazwano, lecz niesprawiedliwie,
I lepsze Ci się, Basiu, należało imię.
Barbaria w Tobie przecie nie siedzi ni dzikość:
Dostojność i kultura, owszem, zamieszkały.
Ni prostactwo Cię tknęło, ani srogość żadna,
Co barbarzyńców dusze w posiadanie bierze.
A co by marne było albo liche, nie ma
Nic do Ciebie: Geniuszów Tyś i Muz pieszczocha.
Choć się greką nie parasz ani też łacińskiej
Tradycji nie dociekaszy filologom miłej,
Pradawnych mędrców słowa w sercu swoim przecie,
Te najważniejsze w sercu swoim wazysz słowa.
Nie dziw tedy, że Greków masz na zawołanie
I że greką Twój umysł jaśniej mądrością.
Parmenidesa śladem chodzisz, kiedy pytasz,
Co różnica i znowu co tożsamość znaczy.
A pisma sokratejskie nauczyły Ciebie,
Jak przełamać nienawiść, co się prawie w duszy
Osadziła, i dawnych cierpień jak zapomnieć –
I już od niej wolna, już serca nie dręczy.
Gdy więc takie – nie lada jakie przecie – Grekom
I Latynom zarazem zawdzięczasz zdobycze,
My ze czcią wymawiamy Twoje greckie imię,
Żebyś, dotąd 'Barbara', 'Mądrością' nam była.